Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



81 Cap. 15.

regiã, & sacerdotalem dignitatẽ. uacca sublegit littera seruientẽ; capra & iam eundem populũ peccatricẽ. ee. designant. Aues uero spiritales & doctores p figurabant. Diuisiones namque animaliũ scismata inter carnales semp. esse ostendunt. Deo uero, qd aues non diuisit, pax & unitas spiritaliũ intellegitur; Quod circa uesperam pauor inruit sup habitãtes, terrorem in die iudicii quis se parabit ab inuicem spiritales & carnales. Alios statuens in dextera, alios in sinistram. Aues uero quae sup cadauera uolitant demoniacae sunt potestates, quae carnalibus insidere quaerunt, quas deuotus doctor sedula ammonitione abiere deb&; Intellegitur & aliter iste modus figurae. Per uaccã enim significata est plebs posita subiugo. p capram crimina trix multitudo gentiũ. p ariẽm ducem populi gentium. triũ enim annorũ animalia tria tempora significant, quia int̃ tũ tempus ista diuisio facta est, segregatio uidelic& fidelium ab infidelium; p turturẽ enim & columbã spiritales & heredes ex utroque populo regni futuri prefigurati sunt. Uolucres autẽ descendentes sup